

vertitur sanctitate; & qua hydria vasculum amiserat, Christi plenitudinem reportabat, in nullo civitati sua inferens detrimentum, etenim si aquam civibus non intulit, tamen fontem salutis inveniit. **Bona mundi augusta Dei largissima.** Mulier venerat ad fontem, ut aquam elementarem asportaret in civitatem; at ubi nata est, aquam Christi vivam salientem in vitam aeternam, hydriam relinquit: nam aqua naturalis; in qua bona temporalia adumbrantur, poterat contineri, & coartari in angusto illo vasculo; at salutare aquam, ac Christi plenitudinem, quam modò deferebat, tam angustus locus minimè caperebat. Imò tantum donum mulier ipsa in se retinere non valens ad civitatem cucurrit, ut de plenitudine Christi omnes adimpleantur.

246. Pondera duplex oleum, Virginum, & Elizæ. Virgines fatuæ habent parva vascula in manibus; & tamen in eis deficit oleum. **Matt. 25. n. 3.** Elizæus, ut beneficet mulieri iussit ei: **Vade pete ab omnibus vicinis tuis vasa vacua, non pauca.** **4. Reg. 4. n. 4.** Quæ cum haberet mulier, ita crevit oleum, ut superabundaret, & deficerent vasa. Sed cur in illis virginibus, dum unaquaqueque habet unum vasculum, ibi deficit oleum; at vidua Elizæ, cum multa, & ampla haberet vasa, minimè oleum deficit, sed potius cumulatissimè illo omnia replentur. Hæc est differentia, quod in virginibus erat oleum mundi, ac in vidua illa oleum Dei. Bona mundi ita sunt defectibilia, ut in parvis receptaculis, non solum contineantur verum etiam ibi minuantur, ac extinguantur. **Bona mundi deficiunt bona Dei superabundant.** Dona autem Dei ita sunt ampla, ac largissima, ut excedant nostram capacitatem, ac in angustiis humani animi minimè coartari possint, sed inde in alios maximè diffunduntur, ac redundant. **Hugo** Victorinus lib. 1. miscellan. c. 51. *Habet, inquit, oleum Deus, habet oleum & mundus: ad oleum Dei vasa deficiunt; oleum mundi in vasis deficit: oleum Dei dulcedo æternorum; oleum mundi delectatio presentium: illa sufficit; ista deficit. Vide lib. 1. c. 1. n. 160. & c. 5. n. 95.*

QUESTIO XXXVIII.

Quare vexillum, ac primatum prædicationis Evangelicæ committatur mulieri Samaritanæ.

247. **Orig.** **Chryso.** **Theoph.** **Ratio diff.** **culatis.** **I**N fine expositionis dixi ex Origene, Chryso. Theoph. quod dum mulier relicta hydria ad civitatem cucurrit, Christum annuntiat, ac multos ad ejus cognitionem, & fidem traxit infra n. 39. Apostolorum, ac Evangelistarum munus adimplevit. Ex quo merito poterit quis maximè admirari, cur præconium divini Verbi non committitur primò Christi discipulis, diu cum ipso conversantibus, quam mulierculæ quæ paulo antea erat peccatrix, & malæ notæ? Nonne Apostolatus, ac Evangelistæ munus est supremum fastigium Christianæ Reipublicæ. Cur ergo tantæ rei vexillum non datur discipulis Christum concomitantibus, sed huic femine Samaritanæ; nam ante hanc historiam, non invenies in Evangelico textu Christi discipulos publicè per civitates, & plateas ipsorum prædicantes. Quare ergo primatus Apostolicæ prædicationis, inter eos, qui vocati sunt à Christo, huic

mulierculæ conceditur; & in re sanè difficillima, nèpe in prædicatione inter cõcives, & naturales. **248.** **Chryso.**

Primò respõdeo ex Chryso. hom. 35. *Mulier hæc, ait, sponte sua relinquit hydriam, & superna præveniente gratia Apostolico munere fungitur.* **Theoph.** *In tantum accensum est cor mulieris dictis dominicis, ut & aquam relinqueret, & sit Apostola, ordinata a fide, qua cor ejus occupaverat; & sicque, & attrahit totam civitatem.* Similiter **Origen.** *O magna, & præclara divina gratia miracula. Mulier natura debilis, ingenio inconstans, libidine impudica, insignis in luxuria, deliciis enutrita; ita divina gratia præveniente dolet, & convertitur, ut Apostolicæ prædicationis sit antesignana, fortitudine, & constantia armata ad debellandas dæmonis potestates. Nollus ergo, quamvis se abjectissimum peccatorem videat, desperet, se divina gratia ad supremum Christianismi apicem posse evehi. Secundò. Pondera verba Chryso. homi, sponte sua: Apostoli, ut arduitatem Evangelicæ prædicationis aggrediantur, exhortatione, ac imperio Domini opus habent. **Matt. 10. n. 5.** **Luc. 9. n. 2.** At hæc mulier ita divina gratia erat disposita, ut nullo stimulo, nulla jussione indigeret; sed ut Christum agnovit, animosa omnia obstacula rumpit, ad civitatem currit. Dominum Jesum annuntiat. Et qui sponte, ac sine jussione obsequia præstat, multo favore, ac benignitate dignus est.*

249. **Ambros.** **Tertio.** D. Ambrosius serm. 132. *Sanctificata per fidem Christi mulier donum rediit, quia posteaquam est fonte abluta Salvatoris, delictorum vitia non meminit virtutem prædicationis assumit, & viva aquam abstergens maculas suas ad evangelizandum non conscientia peccati retrahitur, sed fidei colore compellitur. Nihil enim se dixit fecisse prævaritatis, dum sit nuntia veritatis, & oblivione abnegat impudicitiam, dum devotione prædicat castitatem. Hæc enim virtus Christi est Domini, ut quamvis peccator, qui ejus unda se laverit, denno in virginem reparatus non memineat antea quod fecerit. Ultima verba considera, Præclarum Christi documentum. Ecclesiarum pastores instruuntur, ut crimina subditi peenitentis, ac jam converti, quæ lachrymis sunt abluta, ita è memoria excidant, ac oblivione deleantur, & cum ipso peenitente ita fiducialiter agatur, ac si nunquam fuisset fordibus inquinatus; ne præteriti delicti recordatio semper mentem Prælati pulset, sed ita à memoria evellantur, ut ob crimina peenitentia deleta alii ei non anteponantur. **Hæc enim virtus Christi est Domini, ut quamvis peccator, &c.** **250.** **Qui primus est in confessione sit etiam in honore primus.** **Ob peenitentiam Samaritanæ Apostolis anteponitur.***

Emendata crimina excidant à mente Prælati. **251.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** Postquam primi parentes deliquerunt, venit Dominus eos de suis delictis redarguens, & in iungendo supplicio multo mitiori modo se habet cum Eva, quam cum Adamo, ut ponderat **D. Ambros.**

Ambros. **D. Ambrosius** citandus. Sed quod mihi est maxime admirationis, quòd dum Dominus, ut iudex, sententiam fert, inter ipsas penas promulgatas, præcipuas laudes, ac nobilitates feminei generis aperit. Dixit enim ad serpentem: *Inimicus ponam inter te, & mulierem; semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & insidiaberis calcaneo ejus.* **Genes. 3. n. 15.** Trophæa B. Virginis quæ in sua conceptione serpentis caput conculcavit, hic evulgantur, Mirabar sanè, cur potius victoria, & gloria feminei sexus, quam masculini hic decantantur: Quare potius mulierum conditio, quam virorum natura laudibus celebratur? Mulier extitit prima, quæ culpam suam confessa est: nam licet Adamus prius se de ligno comedisse, publicè ibidem, 12. tamen Evæ, se esse deceptam, & que defectum commisisse, **ibidem. n. 13.** prima protestatur, ut notant **Ambros. citandus. Fr. de Mendoza lib. 1. Reg. c. 7. vers. 6. annor. 25. n. 111.** Convenientissimum ergo fuit, ut muliebris natura, quæ prima extitit in culpa sua constituenda, prima afflueret, ut ejus encomia, ac stemmata celebrarentur, & leniori modo cum ea ageretur in pena infligenda. **D. Ambros. lib. de parad. c. 14.** *Veniabilis culpa, quam sequitur confessio delictorum, ideo non desperata mulier, quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est. Et postea subiungit: Dominus ait: Dic iniquitates tuas, ut justificeris, ergo, quia Eva ipsa confessa delictum est, mitior sequitur, & profutura sententia, quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret.*

Genes. 3. **Ambros. Mendosa.** **Ambros.** **252.** **Cyrril. August.** **Veniabilis culpa, quam sequitur confessio delictorum, ideo non desperata mulier, quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est. Et postea subiungit: Dominus ait: Dic iniquitates tuas, ut justificeris, ergo, quia Eva ipsa confessa delictum est, mitior sequitur, & profutura sententia, quæ condemnaret errorem, & veniam non negaret.**

253. **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **254.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **255.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.**

Iohannis 4. th. 29. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci: Nunquid ipse est Christus?

VERSIONES.

Syriaci. Venite, videte virum, qui dixit mihi quidquid feci: Num ipse est Meschicho?
Vatavli. An sit ille Christus?

EXPOSITIO.

252. **Cyrril. August.** **253.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **254.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **255.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.**

cap. 2. Qui unum diligit, in ejus amicitiam omnestrabit. *Et videte; in Syriaco, ac Græco non est conjunctio &. Non ait: Videte, audite, sed videte. Non ad se, ait D. Thom., sed ad Christum vocat homines. In quo dat exemplum prædicatoribus: Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Christum.* **2. Cor. 4. n. 5.** Non enim ait, ut adnotarunt Chryso. Leontius. Credite mihi, Messiam jam venisse; ego vidi. Sed ait, Videte; quod idem valet hic, ac experimini, judicate; certa enim erat, quod si de illo sacratissimo fonte gustaret, statim ejus dulcedine inebriarentur, ut ipsimet contingit. **Circumspice Jerusalem ad Orientem, & vide jucunditatem à Deo tibi venientem.** **Baruc. 4. n. 36.** Prodentem mulier à facilioribus cepit; & ideo non dixit, Credite: sed videte, ut observat **Hugo**, quod erat quid levius, & persuasibilius.

Hominem. Non dixit: Videte Prophetam, aut Christum, sed hominem, cum supra hominem esse crederet, ut advertunt **Origenes, Chryso., Theophylact.** Bedà: Ad eam mulier jam erat humilis, ut non auderet tantum autoritatis sibi arrogare, ut propter ejus dicta crederent homines, Christum adesse, & eos fidem tanti mysterij sua testificatione consequi; se judicat indignam. Et maxime ei videbatur, eum invenisse; quid ab omnibus expectabatur. Ideo observat **Euthym.** alios iudices vocat: *Venite, videte, Qui dixit mihi omnia quæcumque feci.* Jam mulier experimento probat, eum esse supra hominem, ac habere scientiam Dei; quia cum esset extraneus, mea occultissima, quæ feci, ipse dixit, & enarravit. Et quamvis Evangelista hæc scribat in generali, tamen **Toletus in Comment.** existimat, quòd mulier in particulari narravit, quæ erant dicta à Christo de quinque viris, & de eo, quem nunc habebat. O magna charitas mulieris, ut ait **Chryso.** homil. de Samar. Mala mea publico, ut Christus adoraret; qui peccatoribus non adversatur. Non veretur mulier, suos defectus dicere, ut virtus Christi agnoscat. Nunquid ipse est Christus? Jam mulier ad altiora ascendit, de homine ad Prophetam, de Propheta ad Messiam. Et cum mulier nihil dubitaret, per modum interrogationis loquitur, ut facilius eos alliciat: nam si ipsa asserit, è diceret, quòd ille erat Christus, ut imperita mulier iudicaretur. Sed excitat eos, ut Jesum videant, & audiant, & tunc judicium ferant; confidebat enim certissimè, quod plus in eo invenirent, quam ipsa dicebat.

256. **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **257.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **258.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.**

259. **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **260.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **261.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.**

QUESTIO XXXIX.

Quomodo mulier dicat de se, quòd Christus dixerit ei omnia, quæcumque fecit?

Christus dixit mulieri, quod ipsa habuisset quinq; viros; & illum, cum quo erat conjuncta, non esse virum suum, supra n. 18. Mulier veniens ad civitatem annuntiat suis civibus, quòd Christus ei dixisset omnia, quæcumque fecit; cum tamen multa alia gesta essent à muliere, præter conjunctionem cum illis sex viris. Quo ergo sensu asserit, omnia sua sibi esse dicta à Christo?

262. **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **263.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.** **264.** **Qui confitentur, magnum impetrant honorem.**

255. D. Chryl. hom. 32. Albert. Magn. ajunt, quod mulier hæc dixit, non tantum considerans dicentem, quantum virtutem dicentis: nam ex illis, quæ dicta erant, fecit conjecturam, quod omnia alia, ab ea perpetrata, à Christo dici poterant. Secundo, Maldon. & Toler. inquit, quod hi sunt modi communes loquendi hyperbolici. Tertio, Hugo aliter intelligit. Dixit omnia, quæ feci cum illis quinque viris, & cum eo, quem nunc habeo; cum quibus vixerat majorem partem suæ vitæ. Quarto, Christus dixit mulieri ea, quæ erant majora crimina, ac commissa in vita sua; nempe quinque maritis fuisse nuptam, & nunc cum alieno fornicari: & ideo ob gravitatem rerum, asserit, omnia sibi fuisse dicta.

256. Ad moralem explicationem veniamus. Et primo, Christus solum habuit sermonem cum muliere de sex viris, quibus amatorie copulata est. Et tamen mulier multa alia crimina, ut notat Albert. Magn. & multas alias res fuerat perpetrata. Quomodo ais, quod Christus ei dixerit omnia? In his, quæ Christus locutus est mulieri de viris sex, ei aperuit, ubi ipsa amorem suum, suamque affectionem reposuerat. Merito ergo ait Samaritana, quod ei dixit omnia; quia tibi est amator tuus, ibi omnia tua clauduntur, ac continentur.

257. Secundò, Multa alia erant mulieris crimina, & multa alia peccata erant ab ea commissa, & tamen, dum Christus ei explicat, quod cum sex viris fuerit fornicata, testatur, quod dixerit ea omnia, quæcumque fecit. Optima ratione asseritur est: Christus mulieri dixit luxuriæ facinus, quo petulenter vixerat; & ipso lasciviæ scelere omnia alia crimina, veneficia, iræ, rapinæ, perjuriam, & alia similia dicuntur. Scortationis nefas omnes aliæ nequitie inseparabiliter eocomitantur. D. Chrysofost. homil. de Samarit. Unum tantum ei dixit scortationis peccatum Christus, & illa relicta hydrum cucurrit ad urbem, dicens: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci.

258. Scribens Moyses hominum nequitiam, quando Deus misit diluivium in genus humanum, ait: Videns Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore, Gen. 6. n. 5. Septuag. Videns Deus, quia multiplicatae sunt malitia hominum super terram, & unusquisque cogitat in corde suo super maligna. Si attentè legas Scripturam, invenies peccatum, quod tunc grassabatur in genus humanum, esse impudicitiam, ut ibi met explicatur n. 2. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Si peccatum erat luxuriæ, quomodo dicitur, quod multiplicata est malitia; quod multæ sunt malitiæ? cum impudicitia, una malitia videatur. Nonquid divinus Historiographus describendo exaggerat hominum peccata? Minime, sed recta ratione factum est. Nam, cum peccatum esset impudicitia, multæ ibi malitiæ clauderentur: nam luxurians appetitus omne vitium, ac malum secum trahit ac desert. D. Chrysofost. hom. 22. in Genes. Et hoc malo opere, ait, quasi ex fonte quodam, multa etiam alia suboriantur peccata; & ideo dicitur malitia hominum, nam ubi scortatio, & luxuria, & tanta intemperantia, verisimile est ibi & ebrietatem, & crapulam; magnam injustitiam, & avaritiam, & innumerabilia nesci mala.

In luxuria crimine omnia alia peccata continentur.

Luxuria se cum trahit omne vitium.

Chrysofost.

Ioannis 4. n. 30. Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum.

VERSIONES.

Syriacus. Itaque exierunt ex urbe quidam, veniuntque ad eum.

EXPOSITIO.

Maximè laudanda est hæc mulier: nam ut ait Chryl. plus videtur fecisse, quam Andreas, & Philippus. Andreas unum ad Christum adduxit Simonem Petrum, Philippus vero alterum, nempe Nathanaëum, Joan. 1. n. 14. At hæc, ut ait Salmeiron, cum esset mulier, & Gentilis, ac meretrix, integram urbem convertit. Exierunt ergo. Illa particula, ergo, illationis est, & denotat superiorem sententiam esse causam subsequenti, ac proinde quod propter verba mulieris exierunt, & veniebant, forsitan curiositate commoti ut viderent hominem, propter quem mulier reliquit hydrum; & qui ei dixit omnia, quæcumque fecit. De quo multa magna evangelizabantur à muliere, Et ait Evangelista, Veniebant, ut est in nostra Vulgata, potius, quam veniunt, ut denotaret, quod dum hæc agebantur, & illi erant in itinere & rogabant Dominum discipuli, ut manducaret.

Veniunt ad eum. Valde præpotens est bonum exemplum: sicut enim mulier ob Christum, ad puteum relicta hydrum cucurrit ad civitatem, ut Dominus evangelizaret, ita etiam civis, cum per mulierem audiret Christi annuntiationem, relicta civitate, Dominum quærentes, Christo Jesu occurrunt. In hoc etiam magnum habemus documentum, ut notant Albert. Magn. S. Thom. quod si ad Christum ire volumus, oportet nos exire de civitate, id est, amorem carnalis cupiditatis deponere. Jerem. 48. n. 28. Relinquitis civitates & habitate in petra, Et Paul. ad Heb. 13. n. 13, ait, Excemus ad eum extra castra. D. Cyrill. lib. 2. c. 101. ait, quod durities Judæorum à Samaritana facilitate in credendo arguitur: Samaritani dicitur peccatorum suorum non peccavit. Ezech. 16. n. 51. Samaritani præfigurabant Gentiles, qui magna promptitudine Christum receperunt.

Ioannis 4. n. 31. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi manduca.

VERSIONES.

Syriacus. Et interea efflagitabant ab eo discipuli ejus, dicentes ei: Magister nos ter comede.

Hugo. Interrogaverunt eum discipuli, dicentes: Rabbi, Interea precabantur, seu exhortabantur eum discipuli, dicentes.

EXPO

EXPOSITIO.

261. Interea, dum mulier abiit in civitatem, civisque ad Jesum exierunt, Rogabant eum. Deprecabatur ut discipuli Dominum, ut comederet ex cibo, quem ejus jussu emptum attulerant ex civitate. Nam, ut notant probati Authores, & ex recta conjectura deducitur; cibum appositum Jesu non sumebat, sed quasi in aliam rem, quæ sibi magis curæ erat, defixus hærebat meditabundus. Ex quo perbellè ait D. Cyrill. lib. 2. c. 102. Nam, cum eum venturos ad salutem Samaritanos non ignoraret; sic inde pendet. U. quavis ex itinere fatigatus esset, nullam tamen corporis haberet rationem: ita exemplo sui saluti hominum potius quam proprio corpori suare, pastoribus Ecclesie persuadet. Sequitur textus, Rogabant eum seu, ut legit Hugo, Interrogabant eum, ut ipsemet explicabat, quærentes consentum à respondente, quare non comederat; & ita ex amore in Magistrum, rogabant eum, ut comederet. Sed nostra lectio vulgata tenenda est.

Cyrill. Christus salutem nostram potius quam suo comodo intentus.

Hugo.

QUESTIO XL.

Quare discipuli rogabant Christum ut comederet.

262. Cum cibi essent appositi, & Dominus veluti in aliam rem defixus noller manducare, rogabant eum discipuli, ut comederet. Et hoc ex triplici motivo. Primo ex amore in Magistrum; secundo ex propria utilitate; tertio ex peculiari obligatione.

263. Primo ob amorem in Magistrum; quia erat jejunos, lassatus ex itinere, & hora meridiana; Chrysofost. homil. 33. Hoc non improbitate quadam, ait, sed amore, & studio in Magistrum dicebant, cum itinere, & actu fatigatum viderent. Similiter Theoph. Euth. Secundo, Impensè instabant discipuli ut Christus ederet; quia etiam sibi consulere volebant; cum fame laborarent; non enim solebant cibos sumere, nisi Dominus prius mensam benedicens prægustaret apposita; aliter ipsi, ob suam modestiam non præsumebant comedere. Tertio, Rogabant eum ex sua obligatione; quia, ut ait Albert. Magn. debet discipulus Magistro in corporalibus ministrare; & hic honor Magisterio debetur, 1. Corinth. 9. n. 11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Psalm. 80. n. 2. Sumite Psalmum, & date tympanum. Beda relatus in Glossa. Hoc est, accipite spiritualia, & date carnalia; Psalmus enim, quia de superioribus est; pertinet ad spiritualia, tympanum vero, quia de sicco corio fit, significat carnalia. Et est dicere: Si avidi estis in spiritualibus suscipiendis, devoti sitis in carnalibus erogandis. Dignus est mercenarius mercede sua; & qui in negotio spirituali laborat, debet alimoniam in sui sustentationem recipere.

Discipuli famulantur Magistro.

Albert. Magn.

1. Cor. 9. Psalm. 80. Beda.

Ioannis 4. n. 32. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manduca.

care; quem vos nescitis.

VERSIONES.

Syriacus. Ipse verò dixit eis: Est mihi hihi cibis, ut comedam. Variablis. Ego cibum habeo comedendum. Arias. Quem vos non nōstis.

EXPOSITIO.

264. SUEJUNGIT Dominus causam, ob quam rogantibus Apostolis non comedat. Et non negat, quin esuriam, quin sit fatigatus, sed innuit, alium esse cibum, qui ei multo jucundior, ac delectabilior est, nempe salus hominum; ut ipse explicat versu 34. Et per hoc declarat, quam vehementer desideret conversionem Gentium; nam quamvis Dominus esset jejunos, & fatigatus ex itinere, hora meridiana, & appetitus naturalis ex sua naturali inclinatione propendeat in cibum; tamen multo vehementius erat desiderium ad nostram salvationem, quam ipsa appetentia ad cibum. Et in hoc maxime docet suos discipulos, ut Ammonius in Carena Græca, Tanquam Magistro orbis terrarum assensu, corporalem cibum Dei voluntati, hominumque salutem postponere. Ad quod nos docet suo exemplo servus Abrahami, Genes. 24. num. 33. Nam, cum ei esset appositus cibis, ait; Non comedam, donec loquar cunctos sermones meos. Et 1. Reg. 16. n. 11. Samuel ait Isai, quod ut exequeretur Domini mandatum, vocaret ad se Davidem: Nec enim discumbemus, priusquam hoc ille veniat. Et Tobia 7. n. 10. cum cibi apponerentur coram juniore Tobia in domo Raguelis, ait: Hic ego hodie non manducabo; neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes.

264.

Christus pluris estimabat nostram salutem, quam suam esuriam modum. Bonus Prælati salubris subditorum potestatis commo- Ammon.

Utitur Dominus hinc metaphora cibi, ut obsecravit Albert. Magn. Hugo. Est enim tropus locutionis, eo quod cibis transit in naturam comedentis, & fit in speciem corporis nutriti. Et sic unus spiritus cum Deo efficiuntur conversi, non natura; sed charitatis copula. Et dum Dominus discipulis, ait; se habere cibum manducandum, videtur eis significare; ut ipsi manducarent: nam ille alium excellentiorem habebat. Quem vos nescitis. Hujusmodi cibis, vobis est incognitus: nesciebat enim, instare Samaritanorum conversionem ad fidem, ut ponderat D. Cyrillus lib. 1. c. 3. Et hoc erat cibis Christi, Tob. 12. n. 9. Ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, uor.

Genes. 24. 1. Reg. 16. Tobie 7.

265. Albert. Magn. Hugo.

Cyrill. Tob. 12.

Ioannis 4. n. 33. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

VERSIONES.

Syriacus. Dicunt discipuli inter se: Num quis, attulit ei quid edendum?

Q. 4. V. 14